



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 144. Legatio Regis ad Papam

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Secul. XV. terum Antistes iste tam doctrinæ quam
A.C. 1472 pietatis laude longe clarissimus erat, duos

 que fratres habebat, Joannem Ordinis
 S. Benedicti Monachum, Auctorem Chro-
 nicorum, quæ vulgo dicuntur *magna*
Chronica Dionysiana, alterum vero nomi-
 ne Alanum, qui Carolo VII. ab epistolis
 erat, ejusque gesta conscripsit.

§. CXLIV.

Legatio Regis ad Papam.

Papiens.
epist. 450.
Bzov. in
hunc ann.

Interea Ludovicus, cum haud temere
 summi Pontificis indignationem per-
 mesceret, eoquod Bessarionem Cardina-
 lem tam indigno modo excepisset, hinc
 ad eum Legatos hoc anno decrevit; hos
 inter præcipuus erat Theobaldus Lucem-
 burgicus Cenomanensis Episcopus. Hi
 vix Romam pervenerant, cum in quodam
 Senatu hanc in rem die octava celebrato
 coram Papa & Cardinalibus audirentur.
 Evidem Papiensis Cardinalis, qui tum
 præsens aderat, de hac Legatione men-
 tionem ingerit: quæ tamen ibidem pro-
 posita fuerint, silentio premit. Nihilo-
 minus quorundam opinio est, quod Rex
 per suos Legatos summum Pontificem
 rogaverit, ut Lugduni Synodus celebra-
 retur, ad quem omnes Christiani Princi-
 pes convenirent, eo fine, ut restituta in-
 ter

ter eos concordia, pro communi fidei sa- Sæcul. XV.
lute tandem proficia, ac præsenti rerum A.C. 1472.
statui congrua decernerent remedia. Re-
ferunt alii, Regem insuper petiisse, ut Ca-
rolus Borbonius regio sanguine ortus,
necnon Lugdunensis Archiepiscopus Car-
dinalium Collegio adscriberetur, atque
impostorum ex Franciæ Episcopis nullus
nisi Regi acceptus hac dignitate decora-
retur, necnon alternis saltem cum Pon-
tifice mensibus beneficia conferendi liber-
tas Ordinariis relinqueretur. Præterea
Legati, nomine Regis sui, postulabant,
ut Beneficiorum vacantium æstimatio ad
Concilii Constantiensis præscriptum re-
ducatur, & prima cauſarum cognitio ad
Romanam Curiam non evocetur, nec
Clerus aliunde vix non exhaustus deci-
mas & subsidia pro bello Turcico conferre
cogatur. Denique petebant, ut quidam
Pragmaticæ Sanctionis articuli in Regni
comitiis hanc in rem celebrandis mode-
rentur, atque explicitur.

§. CXLV.

*Responsum Pontificis ad Regis
postulata.*

Ad hæc Regis postulata Pontifex hunc
ferme in modum respondisse dicitur:
attenta præsenti rerum vicissitudine de

E e 5 Sync-